

Band I., Nr. 205, Seite 241-243

König Heinrich II. versetzt das Kloster Hohentwiel nach Stein am Rhein, beschenkt es mit vielen Gütern an genannten Orten und stellt es unter den bischöflichen Stuhl zu Bamberg.

Ulm, 1005. Oktober 1.

In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus, divina favente clementia rex. Quoniam principem ac deffensorem aecclesiarum nos fecit dominus, ne eius graciae ingrati esse videamur, servitium ipsius augmentare, aecclesias multiplicare, bene et oportune constructas defendere, destructas vero nos oportet restaurare. Unde moderno tempore constructionem non ignobilis monasterii in istis Alemannie partibus iuxta ripam Rheni, loco Steine dicto, disposuimus fieri, in honore videlicet sanctae Mariae et sanctorum martyrum Georgii et Cyrilli. Ipsorum enim reliquie illuc noscuntur translate de monte Duello, antiquioris scilicet monasterii loco. Prius quidem illic, patratu ducis Purchardi eiusque [coniugis] Hadewige, satis honorifica monachorum habitacula, sed non multe comoditatis erant constructa. At postquam res eorum nostrae dominationi cessere, habita cum episcopis et regni principibus deliberatione, visum est nobis oportunius locum monasterii transmutare; secundum quod ipsius loci coenobiotas et accolae, montis perardui difficultatem culpando, audivimus desiderare. Nunc igitur, ut comemoratio et honor priorum eiusdem loci dominorum, nostri scilicet fidelium et cognatorum, stabiliatur, placuit serenitati nostre opera religionis ipsorum regia nostri auctoritate taliter adiuvare, ut famuli dei per nostram dispositionem optatam loci oportunioris adipiscantur tranquillitatem. Notum sit ergo omni aecclesie dei, quia presentaneo fidelium nostrorum episcoporum videlicet et abbatum favore, sed precipue Augiensi abbate Warinherio et duce Herimanno adnitente, aliisque Suevie principibus, ad idem monasterium, Steine nuncupatum, nostre hereditatis predia contradimus que in diversis pagis et comitatibus sita sunt ac locis, Arola, Ezzewillare, Hiltesinga, Nagelta, Epfendorf, Phisgina cum fonte salis, Vfeninga¹, Affraninga, Rahtfelda, Sindelsteta, Hoensteta, Rieden², Suanninga, Purch³ nominatis, cum ecclesiis et decimis, villis et censualibus hominibus ac mancipiis utriusque sexus, cum terris cultis et incultis, pascuis, pratis, silvis, cum quesitis et inquirendis, mobilibus et immobilibus, cum fassallis ministerialibus, omnibusque ipsorum possessionibus. Ista igitur

¹Ober- bzw. Unterifflingen, Schopfloch, FDS.

²Riedheim, Hilzingen, KN.

³Wahrscheinlich Burg, Deggenhausertal, FN.

II

cum omnibus appendiciis suis, et quecumque adhuc nominari possunt, concedimus et legitime confirmamus ad reliquias sanctorum Steinensis aeclesie, ut per successuras etates ille abbas eis dominetur qui ad eiusdem ecclesie regimen et curam promoveatur, et cum suis monachis pro nobis et antecessoribus nostris divinam pietatem assidue implorare non pigritetur. Ad hec quoque omnium hominum fidelitati volumus notificare, quia castrum Babinberch dictum, in Austrifrancie parte situm, iam molimur in sedem episcopatus sublimare, quare necesse est nos prediorum donationibus et rerum copiis undecunque provenientibus ditando amplificare. Decrevimus ergo, et certum animo posuimus, ea predia illuc contradere que nobis hereditario iure contigerunt in istis partibus Alemannie post mortem Hadewige, Purchardi ducis vidue. Ipsum quoque monasterium Steine, de cuius statu et modificatione iam egimus, Babinbergensis sedis episcopis subicere volumus. Eo tamen pacto et ratione, ut nullus vel ipsorum episcoporum, aut aliorum potentum, presumat alicuius inique exactionis vel constrictionis gravamina vel damna ipsi loco aut eius abbatibus vel procuratoribus seu rebus inferre, et nec censum exigere, nec quicquam penitus eorum usibus detrahere. Tantummodo enim concedimus ut defuncto ipsius congregationis abbate, quicumque a monachis vel inter se vel de alio quolibet noto monasterio canonice successurus eligatur, huic per predictae sedis episcopum cura monasterii commendetur. Cui etiam ad bene vivendum, ac regulariter suos regendum, ac provide omnia disponendum, idem deinceps oboediat, a quo et metum habeat, ne res ecclesie sue dissipare, vel liberis, aut quibuslibet alienis hominibus beneficia ex possessionibus imprudenter concedere presumat. Preterea audimus plerosque eorum qui aeccliarum constituuntur advocati, debita potestate multum abuti, ut, qui deberent esse modesti defensores, impudenter effecti sint rapaces et iniuriosi exactores. Iccirco nostre placuit providencie, in abbatis illius et fratrum suorum hoc perpetualiter ponere potestate, ut, sapientum usi consiliis, ex eis quos inter potentes seculi noverint esse equitatis et modestie amantiore, eligant suis competenter locis advocatos et defensores. Nec aliter quisquam omnium sibi hanc potestatem presumat vendicare, vel quasi hereditariam invadere, nisi ex abbatis constitutione. Ministerialibus quoque fassallis quos tradidimus eidem aecclie, liceat cum his quos ad episcopatum predictum dare decrevimus, consueto honeste societatis more vitam agere, mutuo filias suas in coniugium dare secundum communem libitum et accipere, sobolesque earum apud alterutros stabiliter in illius ecclesie permaneant proprietate ad cuius partes ipse pro matrimonii dantur copulatione. Hec igitur decreta nostre traditionis et corroboratio nostre autoritatis, ut firmior in succedentibus habeatur annis et diligentius observetur, propria manu eam confirmavimus, et sigillo nostro sigillari iussimus.

III

Signum domni Heinrici imperatoris secundi.

Sigefridus cancellarius in vice Brunonis archicancellarii recognovit.

Data kalendis Octobris, indictione III., anno dominice incarnationis MV.,
anno domni regis Heinrici regnantis IIII. Actum est Vlme feliciter.

—

Der Textabdruck folgt dem angeblichen Original. Überliefert ist des weiteren eine Abschrift aus dem 15. Jahrhundert im Urbar Steiner Gerechtigkeiten, S. 1, im Staatsarchiv Schaffhausen.

Auffallend ist bei dieser Urkunde, dass es im Eingang heißt *Heinricus rex* und am Schluss *Heinrici imperatoris* und überdies noch *secundi*, ebenso dass mehrere bei der Vergleichen ausdrücklich gefundene Fehler in der Urkunde sind, die der ebenfalls aus diesem Original schöpfende TRUDBERT NEUGART (HRSG.) : Codex diplomaticus Alemanniae et Burgundiae transiuranae intra fines dioecesis Constantiensis ceu fundamentum historiae eiusdem dioecesis, 2 Bde., Ulm 1791-95, nicht kennt.

Mit Bezug auf KARL BRANDI: Die Reichenauer Urkundenfälschungen, Heidelberg 1890 (Quellen und Forschungen zur Geschichte der Abtei Reichenau, 1), S. 107 ff. und die JOHANN FRIEDRICH BÖHMER: Regesta Imperii Abt. 2: Die Regesten des Kaiserreichs unter den Herrschern aus dem sächsischen Hause 919-1024, nach Johann Friedrich Böhmert neu bearb. von Emil von Ottenthal, 5 Bde., Innsbruck bzw. Graz und Köln 1893-1998, und Bd. 4, S. 918, gilt für die Echtheit der Urkunde dasselbe, was zu Urkunde Nr. 82, in WUB, Bd. I, S. 94, gesagt wurde. Zur Unechtheit dieser Urkunde sei außerdem auf die Vorrede in WUB, Bd. II, S. VIII, mit dem Hinweis auf WILHELM VON GIESEBRECHT: Geschichte der deutschen Kaiserzeit, 6 Bde. [Bd. 6 hrsg. von Bernhard von Simson], Braunschweig 1873-95, verwiesen. Schließlich vergleiche man hierzu SIEGFRIED HIRSCH: Jahrbücher des Deutschen Reichs unter Heinrich II., 3 Bde., Berlin [Bd. 3 Leipzig] 1862-75 (Jahrbücher der deutschen Geschichte), Bd. 1, S. 370, Anm. 3, sowie ebd., Bd. 2, S. 45, Anm. 6.

Das Siegel ist nicht mehr vorhanden.

Überlieferung und Publikationen

Überlieferung und Textkritik:

Angebliches Original im StA Zürich; Kopie des 15. Jh. in StA Schaffhausen, Urkunden 1/2.

Editionen:

TRUDBERT NEUGART (HRSG.) : Codex diplomaticus Alemanniae et Burgundiae transiuranae intra fines dioecesis Constantiensis ceu fundamentum historiae eiusdem dioecesis, 2 Bde., Ulm 1791-95, Bd. 2, Nr. 818. Lünig: Reichsarchiv, Bd. 18, S. 425, Nr. 1. MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA. DIE URKUNDEN DER DEUTSCHEN KÖNIGE UND KAISER, Bd. 3: Die Urkunden Heinrichs II. und Arduins, hrsg. Von Harry Bresslau u.a., Hannover 1900-03. [2., unveränderte Aufl. Berlin 1957, ND 2001], S. 654–156, Nr. 511.

Regesten:

BASILIUS HIDBER (RED.): Schweizerisches Urkundenregister, 2 Bde., Bern 1863-77, Nr. 1213. Stumpf-Brentano: Reichskanzler, Bd. 2, Nr. 1412. Regesta Imperii Abt. 2, Bd. 4, S. 918, Nr. 1602 (Fälschung).

Literatur:

KARL BRANDI: Die Reichenauer Urkundenfälschungen, Heidelberg 1890 (Quellen und Forschungen zur Geschichte der Abtei Reichenau, 1), S. 107 ff. Hirsch: Jahrbücher Heinrich II., Bd. 1, S. 370, Anm. 3, sowie ebd., Bd. 2, S. 45, Anm. 6 (zur Unechtheit). WILHELM VON GIESEBRECHT: Geschichte der deutschen Kaiserzeit, 6 Bde. [Bd. 6 hrsg. Von Bernhard von Simson], Braunschweig 1873-95.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ulm

Ortsindex:

Arlen Wohnplatz (14804)

Arlen, Rielasingen-Worblingen, KN

Bamberg, BA
Burg Wohnplatz (18479)
Burg, Deggenhausertal, FN
Effringen Wohnplatz (6950)
Effringen, Wildberg, CW
Epfendorf Wohnplatz (12290)
Epfendorf, RW
Etzwihl Wohnplatz (15254)
Etzwihl, Albbruck, WT
Fischingen Wohnplatz (12722)
Fischingen, Sulz am Neckar, RW
Hilzingen Wohnplatz (14401)
Hilzingen, KN
Hohentwiel (Staatsdomäne u. Festungsrueine) Aufgegangen (34350)
Hohentwiel (Staatsdomäne u. Festungsrueine), aufgeg. in Singen (Hohentwiel) KN
Honstetten Wohnplatz (14298)
Honstetten, Eigeltingen, KN
Nagold Wohnplatz (6854)
Nagold, CW
Oberifflingen Wohnplatz (7601)
Oberifflingen, Schopfloch, FDS
Reichenau Wohnplatz (14588)
Reichenau, KN
Riedheim Wohnplatz (14417)
Riedheim, Hilzingen, KN
Rotfelden Wohnplatz (6794)
Rotfelden, Ebhausen, CW
Schwaningen Wohnplatz (15635)
Schwaningen, Stühlingen, WT
Sindelsteta Wüstung (22914)

Sindelsteta, Egenhausen, CW, W

Stein am Rhein, Kt. Schaffhausen, Schweiz

Straßberg Wohnplatz (16541)

Straßberg, BL

Ulm UL

Ulm Gemeinde (16620)

Unteriflingen Wohnplatz (7603)

Unteriflingen, Schopfloch, FDS